christo crucifixo multitudinem saluandorum. Facie
bat propterea, quamuis ipsius extremitates in pedibus clauos
ambulare non poterat, corpus emortuum per ciuitates
et castello circumuehi, ut ad crucem christi ferendam
ceteros animaret. Fratribus quoque dicebat: Incipiamus
fratres seruire domino deo nostro, quia usque nunc parum pro
fecimus. Flagrabat etiam desiderio magno ad
humilitatis redire primordia, ut leprosis sicut a prin
cipio ministraret, corpusque iam pre labore col
lapsum reuocaret ad pristinam seruitutem. Pro
ponebat christo duce se facturum ingentia, et fatiscen
tibus membris spiritu fortis et feruidus, nouo spera
bat certamine de hoste triumphum. Neque enim
languor uel desidia locum habet, ubi amoris sti
mulus semper ad maiora perurget. Tanta
autem in eo carnis ad spiritum erat concordia, tanta
obediencie promptitudo, quod cum ille ad omnem ni
teretur sanctitatem pertingere, ipsa non solum non repug
naret, sed et precurrere conaretur. Ut autem uiro
dei cumulus meritorum accresceret, que omnia uere
in paciencia consummantur, cepit in infirmitatibus mul
timodis laborare tam grauiter, ut uix in eo